

Mythologia, Venise, 1567 - X [19] : De Pluto

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[19\] : De Pluto](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 10 : De Pluto](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[19\] : De Plute](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[19\] : De Plute](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [19] : De Pluto, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/968>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 292r°-292v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Plute](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Neptuno Physicè.

N E P T U N V S Iouis frater elemētum a quæ creditus est. At aliquando tamē vis diuina per aquam diffusa, quæ totam molem à corruptione præseruat; quam animam mundi nonnulli vocarunt. Sic enim non modo mutuum elementorum inter se mutationem, & ex his generationem animalium significabant, sed etiam omnia diuina prouidentia gubernari, & Deū ipsum esse rerum omnium semper & vbiique artificē. Hæc vis diuina in æthere Iupiter, in aqua Neptunus, in aere Iuno dicitur. Huius Dei educatio facillimū esse ad motus aquarum elementum indicat, ac maris perturbationem; quod etiam testatur id victimarum genus. At nunc Ethicè.

Enimuero cum omnia fiant diuina prouidentia, nos admonuerunt antiqui per preces Thelæ, quibus mortem Hippolyti à Neptuno impetravit, nihil proprium à Diis esse optandum, sed quæ conferant tantum: cum multi fibi calamitosa sibi postulauerint. Cum pulsus sit de celo & Laomedonti seruire coactus sit, fortunæ inconstantiam proponebant ante oculos; tū nullus sit tam sublimis ac felix flatus viri improbi, qui non possit facile labefaciari. Postea multas calamitates Neptunus Laomedonti immisit ob neglegam religionem, quare significatur Dei cultum sine maximis calamitatibus non posse prætermitti. Quis enim omnium bonorum autorem Deum, omniumque parentem neglexerit, ac non merito in omnes calamitates prolabetur? qui vero probè sanctèque vixerit, & Deum pè coluerit, hic unus placatum Deum in omne tempus habere poterit. Hæc fuerunt legitime harum fabularum sententiae.

De Platone.

P L V T O patre Saturno Iouis, Neptuniisque & Iunonis frater & ipse natus est, post cœlum nimirum ab ipso mundi opifice Deo vna cum ceteris elementis creatus. Hic terra esse creditur, & omnium diuitiarum Deus, cuius pax aluminis, quod omnium diuitiarum virtus est terra proueniat, quam pax alit. Hic ideo mortuorum est Deus, quod omnia quæ moriuntur in sua principia soluantur, atque in terrâ manifestius. Sic ostendebantur in ea solui vnumquodque corpus, quibus à natura compositum fuit. Quod autem Pluto terra sit, declarat Proserpinæ fabula; quam rapuit illa de causa Pluto sub terrâ, quia radices primū plantarū inferius, deinde superius exescunt: si modo apud Platonem, modo apud Iouem est Proserpina. At Ethicè.

Per hæc ipsa figmenta rursus ad vitæ tranquillitatem nos hortabantur; quod breuis sit diuitiarum fruitio, cum diuturnis laboribus comparentur. Tum demonrabant illi opus esse nullam turpitudinem, nullumque dedecus vereti, qui diues esse cupiat, quod idem est atque esse sceleratum. Nam q̄ equi Plutonem vehebant? Alator pernitosus, Orpheus obscurus, Nycteus nocturnus, Aethon ardens, quod crudelitas, & omnis cunctatis obliuio, & reæ infiditatem diuitiarum desiderium consequuntur, à quibus vehitur.

De Plinto.

C V M vero animus hominum neque possit quiescere, neque utiliter id fecerit

Mythologiae

fecerit, si possit; per Pluti inventionem homines ad agriculturæ studium adhortabantur, cum dicerent: Plutum esse Cereris filium, dinitias terræ sci-licet; cum opes inlîssimæ ē terra nascerentur. cœcus fuisse hōgebatur, cum diuitias hominibus nullo delectu impertiret, quia occulta sunt Dei consilia, quæ nemo profrus humano ingenio potest vel debet investigare, sed sua fortuna esse contentus. At vero ne quid temere fieri & sine diuina prouidentia putaretur, maluerunt Deum vel cœcum introducere, quâ aliquod facinus Deo omnino teste carere.

De fluminibus inferorum .

ENIM VERO ut pateret non in vita solum plurimum conferre integritatem & innocentiam ad beatè tranquillèque vivendum, sed etiam mortientibus gratissimum esse viaticum vite præclaræ transactæ recordationē, terrores & pericula mortuis complura esse tradiderunt, & monstra apud inferos parata, quibus mortui pro magnitudine scelerum torquendi tradenerunt. Deferebant sceleratos Acherontis fluuii strepitū; quia conscientia, rerumque turpiter aut crudeliter gestarum memoria sub mortem animū magnopere infestat. Sic igitur significare voluerunt ita vitam nostram optere componere, ut recordatio præteriti temporis quādū maximè in morte animos nostros ob innocentiam & integritatem concoleatur, & nos intrepidos ad vel severissimorum indicum præsentiam perducat. At qui fuit sceleratus & improbus, ille querulus lamentationibus & curis plenus flumina quæ sunt apud inferos traicit, quæ suis locis fuerunt commemorata. Sunt enim curæ sub mortis tempus animum infestantes sub harum fabularū figuramentis expresse ad deterrenduro à flagitiis. At ubi mortui ad illa flumina peruenierint, si qua anima illegitime descenderit, neque iusta consecuta sit, ibi errare diu permittitur antequām traiciatur: quæcūque vero capta fuerit commissorum peccatorum penitentia, omnemque spem in elemētia Dei collocari, hæc à Charonte traicitur. Quibus rebus significare voluerunt nos viros bonos pro viribus esse opotere, cum probitatis comes sit ubique letitiae & fidentiae, quod vbi vires mortalium attingere non possunt, diuina clementia nihilominus nobis non decit.

De Cerberus Physicæ.

VBI ad inferos animæ descenderint, excipiuntur ab horrendo Cerbero cum letitis, qui postea volentes exire deterreret. hoc nihil aliud quam natura est rerum; quæ gaudet ortu singulorum, cum graniter ferat interitū. Per hæc immortalitatem animarum antiqui ostendebant; nam animas semper fuisse purasunt Pythagorici, quæ de celo in hæc corpora, tanquam ad inferos deducerentur: quibus blandiebatur aduentantibus natura, ac contra adituras supereros reclamabat. at vero Ethicæ.

Cerberus est avaritia & cupiditas diuinitatum, quæ aduenientibus opibus blanditur sumptibus vero vel necessariis tristatur. capita cōplura sunt Cerberi, cum multa sceleris ex uno avaritiae fonte nascantur: neque ullus esse potest avarus vno tempore & vit bonus, cum inter avaritiam & probitatem magna semper sit contentio.

De